

Nicolaus Schütze

**Rector Universitatis Roztokiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Prof.Reverendi Capituli Lubec. Syndicus, ac p.t. Iurid. Facultatis Decanus, Ad Exequias Quas ... Dn. Ernestus Sibrand, aerarii publici praefectus, & civis primarius Filiolo suo desideratissimo Johanni Henrico, paratas cupit; Omnes omnium Ordinum cives Academicos peramanter invitat**

Roztokii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760982>

Druck Freier  Zugang




Schütze, N.,  
in  
J. H. S i b r a n d .

R o s t o c k , 1 6 4 6 .

38.
















158.  
RECTOR

Universitatis Rostokiensis

NICOLAUS Schütze /

J. U. D. & Prof. Reverendi Capi-

tuli Lubec. SYNDICUS, ac p. t. Ju-

rid. Facultatis DECANUS,

AD EXEQUIAS

*Quas*

*Ornatissimus atq; Integerrimus*

DN. ERNESTUS SIBRAND,

ararij publici praefectus, & civis pri-

marius

*Filiolo suo desideratissimo*

JOHANNI  
HENRICO,

paratas cupit;

*Omnes omnium Ordinum cives Academicos*

*per amanter invisat.*

OS (O) SO




ROZTOKII

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typographi.*

ANNO M. DC. XLVI.





**D**Olet pastori, si quando fœturæ de-  
coxerit spes; excussam grandine segetem  
agricola luget: agrè fert rusticus, si, quas  
plantavit aut sevit arbores, everfas no-  
tat. Quod si acerbum cuique laboris im-  
pensi fructu excidere; quo putabimus  
esse animo Virum integerrimum DN. ERNESTUM  
SIBRANDUM ærarij publici præfectum, & civem hu-  
jus urbis primarium, ejusque conjugem ANNAM AR-  
NOLDES, feminam spectatæ virtutis? Lætitia non  
perfunctoria afficiebantur, cum anno superiore clō Ioc.  
XLV. d. X. Decemb. filiolum ex se natum suscipere-  
nt: immo, quod longè maximum est, per lavacrum illud  
*παλιγενεσίας* CHRISTO Servatori insertum, tituloque  
gratioso JOHANNIS HENRICI insignitum in  
sinum recipere. Implebantur spei bonæ, fore, ut ali-  
quando ornamentum esset patriæ, *ὅπως εὖ ληθῆ, πατρὸς σκίμ-  
πων*, lumen familiæ. Verum magna de spe deji-  
ciuntur, & in luctum conjiciuntur tanto acerbio-  
rem, quanto major & acrior rerum malarum, quàm bonarum est sensus. Us-  
que adeo fallaces hominum spes; levis & inan-  
is mortaliū est lætitia! Qui orbi nostro & urbi vix primum  
salve, jam præter opinionem ultimum vale dixit, ea ip-  
sa æratula, quæ à sepulcro longissimè abesse credebatur.  
Nam circa festivitatem Natalitiorum CHRISTI  
molestissima tussi cæpit affligi, & quamvis solers Medi-  
corum cura non deesset, invalidum tamen ante atque  
caussarium corpusculum etiam funestissima febris vehe-  
men-



mentius infestavit, & velut in subsidium accita paralyfi,  
nudius tertius hora decima antemeridiana suffocavit.  
Atque ita, cum Plauto ut loquar,

*Quasi solstitialis herba, paulisper fuit:*

*Repente exortus fuit, repentino occidit.*

Ergone tanti boni parentes nihil commovebit amissio?  
nihil excruciantur animi, cum universum spei suæ or-  
dinem non interruptum magis, quam penitus eversum  
intuentur? Lugent profecto non sine causa. Neque  
quenquam tam inhumanum fore existimo, qui non pie-  
tatem istam & probet & meritis laudibus prosequatur.  
Verum & hæc ipsa fines suos habere debet, ultra quos  
rectè nequit consistere: neque insolabiliter lugendi  
sunt, quos à Nobis ad meliorem vitam præmissos om-  
nino scimus. Alcidasum Rhetorem antiquum in pri-  
mis nobilem accepimus, qui laudes mortis peculiari o-  
ratione prosecutus est, eamque potissimâ sui parte ex  
enumeratione malorum quibus morientes defungimur,  
contexit. De cuius instituto, si quis est qui secus sentit,  
eadem ille opem se miserimam mortalium conditio-  
nem ignorare profitetur. Næ enim insipidi sumus,  
qui eam appellamus mortem, quæ nos à viva morte li-  
beratos ad alteram & æternam vitam traducit; id vero  
vitæ nomine dignamur, quod continuæ mortis instar  
non modo infeliciter nos tenet, sed etiam ipsa morte  
gravius cervicibus nostris incumbit. Cyrenæicus Hege-  
sias ita cæpit mortem commendare, & tam copiose de  
bonis ejus disputare, ut tandem à rege Ptolemæo pro-  
hibitus esse dicatur illa in Scholis dicere, quod multi his  
auditis mortem sibi ipsis consciscerent. Fecerunt cum  
illo prisca Philosophi, qui etiam si sententiis de morte



invicem à se diffident, in ea tamen nihil mali inesse  
uno omnes ore constanter asseverabant. Sive enim ani-  
mus cum corpore interiret, quod statuebant Epicurei,  
sive quidem à corpore discederet, sed statim dissipare-  
tur, quod iis visum fuisse videtur, qui animalem sive spi-  
rabilem faciebant, utrique tamen mortem bonam esse  
existimabant, propterea, quod ab innumeris calamita-  
tibus hominem liberaret. Qui vero illum à mortalitate  
vindican-tes post obitum etiam remanere docuerunt,  
quod princeps Pherecydes eumque secuti Platonici sta-  
tuere, ij non modo non fugiendam esse mortem, sed et-  
iam, quia meliori vitæ nos donaret, ultro appetendam  
esse contenderunt. Neque enim persuaderi potuit sapi-  
entissimis viris, excessu vitæ ita finiri hominem, ut fun-  
ditus interiret, sed animum, cum è corpore migrave-  
rit, in cœlum quasi domicilium suum pervenire, contra  
reliquorum sententiam Philosophorum crediderunt.  
Cum enim Hippocratici dicerent eum esse partem cere-  
bri, alij cor ipsum, Empedocles sanguinem cordi suffu-  
sum, nonnullis verone que cor, neque cerebri partem  
esse placeret: sed alij in corde, alij in cerebro locarent:  
Zeno etiam ignem faceret, harmoniam Aristoxenus,  
Xenocrates numerum, Pherecrates denique plane nul-  
lum statueret: explosis his omnibus Socratici & Plato-  
nici animi nullam in terris posse inveniri originem, sed  
à DEO homini inditum esse ostenderint. Ideoque di-  
vinum vocarunt; cœlestem; item divinæ auræ particu-  
lam; ex mente divina decerptum: & qui in corpore  
tanquam aliæna domo habitaret; ex quo cum discede-  
ret, ad cœlum, cogitationem suam & pristinum domici-  
lium, redire; eum in primis, qui à vitiis & sceleribus im-  
munis



munis integrum se castumque servavisset. Ita enim Socrates, supremo vitæ die, cum jam manu ferale illud poculum teneret, differuit: duplices esse animorum è corporibus excedentium vias: nam qui se cupiditatibus & flagitiis corrumpendos præbuissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum à concilio Deorum; qui vero honestati studuissent, & divinam in humanis corporibus vitam imitati essent, illos originem suam repetere, & ad cælum, unde profecti essent, reverti. Hac ille spe confirmatus tam præsentis animo instantem mortem excepit, ut neque de Patrono ad iudicium capitis sollicitus esset, neque iudicibus supplicaret, sed liberam quandam contumaciam à magnitudine animi ductam adhiberet, quam illi imprimis jucunda spes de beatiori vita induerat. Etsi enim vera DEI cognitione careret, neque certi quicquam de altera vita sciret, firmissimè tamen persuasum habebat, supremum illum diem non extinctionem, sed loci saltem commutationem afferre, emittique se è custodia & levare vinculis cum ex hac vita exiret, ut in æternam & plane suam domum remigraret. Eiusmodi immortalitatis fiducia erecti non modo quamplurimi sapientiæ & vitæ integritate præstantes viri, morti se obtulerunt; sed integras sæpe numero legiones alacres in eum locum profectas legimus, unde redituras se non arbitrarentur. Neque enim Lacedæmonij apud Thermopylas tam fortiter occidissent, neque Decii, Marcelli, Scipiones & sexcenti alii Romanorum imperatores sponte sua non ad dubiam mortem concurrissent; nisi eorum mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum inhæssisset, cuius solatio muniti humanam hæc tanquam miseriarum & laborum plena magno animo



despexerunt, & ad veram illam ac solidam felicitatem  
toto pectore aspirarunt. Quapropter & suorum obitus  
patientius tulere, neque insolabiliter censuerunt lugen-  
dos; certi nimirum, non tam male homini à natura  
consultum esse, ut, cum omnes labores exantlavisset,  
tum demum in sempiternum mortis malum incideret.  
Quod ergo apud illos ratio potuit, ut non modo mortis  
terrorem elevaret, sed etiam generosum ejusdem con-  
temptum induceret, id multo magis apud Christianos di-  
vina auctoritas efficere debet, ut bona illa, quæ beatè ex  
his terris discedentes manent, cogitantes, non tam luctu  
eos prosequamur, quàm felici illorū sorti læti lubentes-  
que gratulemur. Calamitates enim & innumerabiles æ-  
rumnas, quarum in morte finem statuerunt Ethnici, et-  
iam sacræ literæ nobis inculcant; quæ disertè testantur,  
*vitam etiam cum optima fuerit, non nisi dolores secum ac mole-  
stias traxisse, ideoque justos à DEO tolli, qui animas illorū eriperet  
è morte, oculos à lacrimis, pedes à lubrico, faceret que, ut quiesce-  
rent in pace.* Neque ab hujus saltem vitæ adversis pij libe-  
rantur, sed etiam multo gravioribus malis, quæ nullius  
unquam Philosophi acumen deprehendit, defunguntur.  
*Cum enim cor nostrum corruptum sit, omnesque ejus meditatio-  
nes mala à primis annis, neque quicquam in carne nostra boni ha-  
bitet, sed à peccatis & cupiditatibus quotidie infestemur,*  
non certe aliam ab hoc certamine missionem nisi in  
morte consequimur, ubi depositis peccati exuviis im-  
maculatam illam Justitiæ per CHRISTUM nobis  
partæ vestem induere datur. Huc accedit, quod non mo-  
do à mundi hujus illecebris, quæ sæpenumero etiam  
Electis negotium faceffunt, nihil amplius illis metuen-  
dum est: sed etiam laqueos & insidias antiqui illius im-  
posto-



postoris Satanæ, qui nos circumit tanquam leo rugiens, aliquando evadunt. Inde ardentissima illa tot piorum hominum vota, qui ejusmodi ad veritatum vitæ hujus pertæsi *dissolvi optarunt, & esse cum CHRISTO, qui omnem ab ipsorum oculis lacrimam abstergeret, hereditatem que jam dudum sepositam daret, que nec perire, nec contaminari, nec marcescere possit.* Quæ omnia, si quis attente cogitat, & dum adhuc in mortali corpore est, immortalis vitæ gaudia separato ab his caducis animo meditatur, illum profecto & mortis terrore non moveri necesse est, & suorum quoque obitus non modo fortiter feret; sed etiam si vera bona suis preciiis æstimare noverit, gratulabitur potius felici mortuorum conditioni, quam ut eos lacrimis & luctu indecenti, prosequatur. Idque ipsum, Parentes mœstissimi, ab animi vestri æquitate nobis pollicemur, quorum ingentem plagam, quam luctuosus ille casus infixit, nullo præsentiori remedio, quam jucundissimo Filioli statu curari & obduci posse certum est. Redditus majoribus suis, Avo paterno ERNESTO SIBRAND Senatori apud nos, dum in vivis erat, prudentissimo; Avo materno JOHANNI ARNOLDI, civi quondam Reipub. hujus primario; Avix maternæ ELISABETÆ Warnefens, matronæ eximix probitatis, ad exactissimum gaudiorum omnium cumulum pervenit, Ergo ita vos gerite, ut non tam obitum carissimi filioli, quæ felicitatem ipsius, cui transcriptus, ægrè ferre videamini. Cogitate adversa casuum, & imprimis cruenti belli quod nos omnes involvit, atrocitatem: quæ beatè Defunctus cuncta sua morte declinavit. Interea temporis militate bonam militiam, retinete fidem, & bonam conscientiam: neque dubitate, si hoc studio Vos Paren-  
tes



res, moestissimos juxta & aviam paternam ANNA M.  
Hæemanns/matronam rari exempli, occupatos mors in-  
venit, quin in beatissimo illo gaudiorum loco con-  
jungamini, & amores, qui in caduca hac vita intervos  
cæperunt, in æterna illa sine fine exercituri sitis.

Quod restat, agite Cives Academici, & Parvuli fu-  
nus quod hodie H. media prima efferetur, frequenti ex-  
equiarum officio. celebrate. P. P. a. d. X V I. Febr.  
anno recuperatæ gratiæ clō Ioc

XLVI.


*Conventus fiet in æde Marianæ.*





















mentius infestavit, & velut in subsidium  
nudius tertius hora decima antemerid  
Atque ita, cum Plauto ut loquar,

*Quasi solstitialis herba, paullisper fa  
Repente exortus fuit, repentino occidit*

Ergone tanti boni parentes nihil comm  
nihil excruciantur animi, cum univer  
dinem non interruptum magis, quam  
intuentur? Lugent profecto non sine  
quenquam tam inhumanum fore existim  
tatem istam & probet & meritis laudib  
Verum & hæc ipsa fines suos habere de  
rectè nequit consistere: neque insol  
funt, quos à Nobis ad meliorem vit  
mnino scimus. Alcidamum Rhetorem  
mis nobilem accepimus, qui laudes m  
ratione profecutus est, eamque potius  
enumeratione malorum quibus morie  
contextuit De cuius instituto, si quis es  
eadem ille operâ se miserrimam mor  
nem ignorare profitetur. Næ enim  
qui eam appellamus mortem, quæ no  
beratos ad alteram & æternam vitam t  
vitæ nomine dignamur, quod contin  
non modo infeliciter nos tenet, sed  
gravius cervicibus nostris incumbit. C  
fias ita caput mortem commendare,  
bonis ejus disputare, ut tandem à reg  
hibitus esse dicatur illa in Scholis dice  
auditis mortem sibi ipsis consciscere  
illo prisca Philosophi, qui etiam si se

H 2

